

nungo .XXX. marchas denar. campanario in motalum bona sua que possedit in quistbergh. thiderico bona sua in wllawy. heredibus unnonis knutsson bona, widhlunga. henzikino falkiner .V. oras terre in lundenum. bona magni boddæ in kumu veris heredibus. Cuilibet stalulatori meo, vnum equum et VI. marchas denar. magistro ottoni .XXX. marchas denar. lydikino myntaræ .XXX. marchas. ormero muratori tantum. nicolao muratori .XII. marchas. cuilibet laboratori in curia mea. magistro in suo opere .VI. marchas denar. et vnam tunicam cum capa. ragnualdo coco .X. marchas denar. gerikino coco .X. marchas denar. plæghamanni .X. marchas denar. cum tunica et capa. hinzikino rasori .X. marchas denar. cuilibet cursori meo .III. marchas denar. cum tunica et capa. Jtem do omnes officiales meos tam finlandie quam swecie, quittos ab omni computatione. jtem quidquid placitatum est de curia skeri firmum habeo. Jnsuper pro solucione marce nuper skaris imposita domino meo regi .CC. marchas puri, per karolum neskunungsson de promptuario meo mitto. ipsos rusticos de finlandia dans totaliter excusatos. Exequutores, domini, haquinus lemæ. et magnus niclisson, armigeri, Eringislo et karolus neskunungsynir. et gregorius magnusson.

På frånsidan, med samtidig hand: Transscriptum testamenti domini Mathie ketilmundason.

2602.

1327.

Hästhholm.

JOHAN ERLANDSSON testamenterar till Alvastra kloster, der han väljer grafställe åt sig och sin hustru, 40 mark penningar, 20 tunnor råg, $\frac{1}{2}$ mark korn, 6 kohudar, 4 oxhudar, samt sin gård i Hästholmen och sina lösören i den gård på berget, han på sin och hustruns lifstid fått sig af munkarne upplåten; gifver klostrets Skaffare Håkan 2 oxar, samt penningar åt andra kloster och åtskilliga prester, en tapet till klostrets högaltare, en skrud till kyrkan i Hästholmen, m. m.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch. *)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti Amen, Ego JOHANNES ÆRLENZSON in villa forensi Hæsthholm, corpore quidem licet debilis, spiritu tamen et mente validus, ac ratione compos, sciens quod omnis creatura in suam debeat redigi originem, et tam robustum non existere, qui effugiet gladium generaliter ferientis, et ideo tam improuisam occupationem cupiens preuenire, desideransque rebus caducis atque transitorijs michi a deo collatis incorruptibilem ac celestem thesaurum comparare, ac de eis-

*) Brevet är mycket skadadt af fugt, så att bitar på några ställen bortfallit. De inklauderade orden äro ifyllda efter ÖRNHJELMS egenhändiga afskrift i dess »Kyrko- och kloster-bref», VII: 1076, ehuru redan på hans tid brevet varit skadadt, som synes af hans vidfogade anmärkning: »kunde med största besvär läsas, efter det war mehta förmultnat». En lucka i skriften gör det omöjligt att bestämma till hvilken af Mariadagarne brevet skall hänföras.

dem bonis anime mee salubriter preuidere, Testamentum meum condo et ordino in hunc modum In primis religiosis viris et in [christo] dilectis monachis in Alwastrum, apud quos mee locum eligo sepulture, confero quadraginta marchas denariorum, monete vsualis, cum viginti thýnonibus siliginis, dimidia marcha ordei, ac sex cutibus vaccinis, et quatuor bouinis, ob remissionem meorum peccaminum testamentaliter do et lego, Ac quia predicti reuerendi domini monachi me ab infancia nutriuerant et in omnibus honeste et laudabiliter pertractauerant ac dilexerant, monasterio ipsorum pro salute anime mee ac liberorum meorum, et pro loco sepulture dilecte vxoris mee katerine, curiam meam in hæsthholm in qua nunc habito, quam ego ipse emi, cum omnibus mobilibus bonis meis in curia ipsorum monachorum in monte, dicta Hoýo, michi et vxori mee ad dies nostros concessa, post mortem vtriusque nostrum ibidem existentibus, irreuocabiliter ratione mei confero testamenti, seruata inuiolabiliter condicione inter ipsos monachos et me facta, videlicet quod ego vel vxor mea, ille scilicet nostrum qui superuixerit, ipsam curiam in Hestholm cum agris et pascuis eorumdem monachorum circa eam adiacentibus wlgariter dictis lýkkiur, et ipsa mobilia in monte cum hoýo, ad dies suos habeat et regat sine solucone pecunie aliqualis, et post mortem vtriusque nostrum curiam ipsam meam in Hestholm agros suos predictos, ac mobilia predicta mea in hoýo existencia recipient vniuersa ac leuent ipsi monachi perpetuo, pleno iure possidenda, Jtem domino Haquino nunc cellerario predicti monasterij in quocumque statu fuerit do meliores meos duos boues, Jtem vt multiplicatis intercessoribus pater misericordiarum ad indulg[encia]m facilius inclinetur, lego monachis in Nydal et Wernem, cuilibet ipsorum monasteriorum tres marchas denariorum, Jtem fratribus predicatoribus skianingie tres marchas denar., Jtem fratribus minoribus Lyncopie vnam marcham denar., Jtem fratribus minoribus sudhercopie vnam marcham denar., Jtem fratribus minoribus iunicopie. vnam marcham denar., Jtem pro summo altari ipsius monasterij predicti alwastri, do vnum lat[um] et longum tapetum, Jtem viris discretis dominis curatis, Swenoni in Hedhe, Sunoni in aaby Jacobo in øthøshøgh, Thýrberno in fughlaas, Arnberno in Hýo, Thýrgero in gredhbek, Gisloni de hæggilsthadh, cuilibet predictorum sacerdotum do vnam marcham denar., Jtem Ecclesie in Hestholm, vnam capell[am] videlicet indumenta sacerdotalia, ornamenta altaris, calicem et pixidem argenteos, cum tribus marchis denar., ob honorem dei et remissionem meorum peccatorum do et lego, perpetuo possidenda.. [Vt autem i]sta mea ordinacio et donacio robur eo magis optineat firmitatis, [Nobiles] viros dominum meum karissimum, kanutum folkason, et dominum býrgherum quondam abbatem [Alwastri] atque

constituo exequutores huius mei testamenti, In cuius rei testimonium vna cum sigillis nobilium predictorum dominorum. kanuti et byrgeri sigillum meum presentibus est [appensum Datum et] actum Anno domini M^o.CCC^o.XXVII. in die nis. virginis gloriose.

Sigillen bortfallna.

2603.

1327 d. 3 Jan.

RAGVALD MAGNUSSON säljer 4 åttingar i Nybele jemte en qvarn samt $\frac{1}{6}$ åtting i Lundaskog, för 250 mark penningar, till Sune Petersson, hvarå fasta blifvit gifven. (Jfr N:o 2604.)

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 169.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris RANGWALDUS MAGNUSSON salutem in domino sempiternam Tenorepresencium recocnosco me bona mea omnia in Nybele. videlicet III:or attongos infra septa et extra sine diminutione et subtractione qualibet et molendina mea ibidem cum sexta parte attongi jn lundwscogh pro CC.L. marchis denariorum per omnes legales appropriaciones fæster dictas discreto viro domino sunoni pætersson vendidisse. et eidem suisque heredibus perpetuo possidenda irreuocabiliter assignasse. adhibitis testibus ydoneis viris fidedignis videlicet algoto de gillerhellom Petro karta. býteroph. wendillo. henichino aurifabro. gullone. olauo rødha. et ødzstano. quorum eciam sigilla vna cum sigillo ciuitatis sudercopensis necnon et meo proprio presentibus sunt annexa. Scriptum anno domini Millesimo CCC XX septimo sabbato post circumcisionem.

Allmän öfverskrift: Prebende fuilstadh.

Öfver sjelfva brefvet: Littere super bonis nybele iuxta sudercopiam.

2604.

1327 d. 3 Jan.

Marsken ERENGISLE (NÄSKONUNGSSON), ULF MAGNUSSON, FADER BIRGERSSON och SIGGE MAGNUSSON lemna bifall till ofvananförda egendomshandel mellan deras släkting Ragvald Magnusson och Sune Petersson. (Jfr N:o 2603.)

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 169.

Omnibus presentes litteras visuris uel audituris ÆRINGISLUS marscalcus domini regis swecie. WLPHO MAGNUSSON. FADHERUS BIRGERSSON SIGGO MAGNUSSON salutem in domino sempiternam Recognoscimus per presentes et testamur quod nos in forum et vendicionem quam dilectus nobis consanguineus rangwaldus